



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011860X

§. 29. Philadelphiæ Episcopi sententia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66641)

„trocinium in se suscepit: pariter exem- Sæcul. XVI.
 „plum Regis Britannici in memoriam A.C. 1562.
 „haud immerito revocari potest, cum
 „sefe unice ab Ecclesia segregarit, eo-
 „quod minus indulgenter cum eo actum
 „fuiſſet (*).

§. XXIX.

Philadelphix Episcopi ſententia.

Mirum ſane acciderat, quod nonnulli Pallav. u. 11.
 ex Germanis, qui omnes paulo an- Sarp. p. 543.
 te illius poſtulati ſtudioſi credebantur,
 poſtea ſe illi adverſos declaraffent: por-
 ro inter hos fuit Leonardus Hallerus
 Philadelphix Antiftes, & Suffraganeus
 Euſtatenſis Epifcopi, qui ita perorabat:
 „repulſa quidem periculofa eſt, ſed in-
 „dulgentia pernicioſior evadet: de ce-
 „tero munus eſt Concilii, conſuetum, &
 „univerſalem ritum retinere, novum
 „vero, ac ſingularem recuſare, hanc ob
 „rationem Synodus omnino obſtricta
 „eſt, ut communes, receptoſque uſus
 „conſervet, novos autem, ac particula-
 „res

(*) Hæc quam falſa ſint, cuilibet Henrici
 VIII. hiftoriam perlegenti patet, ea autem a
 Continuatore pro ſuo arbitrio hic addita fuiſſe
 eo magis mirum, quo ipſemet in hujus Regis
 hiftoria nonnunquam Pontificem nimix indulgentiæ incuſet.

Sæc. XVI.
A.C. 1562.

„res rejiciat: „ ceterum hic Præful
pluribus rationibus comprobatum ibat
hæc subjungens: „ Calicis usus intro
„duci non potest absque effusione Sanguinis
„Christi, dum per loca longe distan-
„sita, & aspera defertur, etiam nocte
„sæpius intempesta, cælo pluvioso, aut
„nivoso, soloque glacie indurato: In
„super hæretici sine dubio insolent
„gloriabuntur, & apud suos jactabunt
„bunt, Papistas jam tandem oculos aperire
„perire ad aspiciendam veritatis lucem
„nam certum est, eos, qui tam infanter
„ter calicem petunt, existimare, præcepto
„Christi non aliter posse satisfieri, quam
„Eucharistia sub utraque specie sumpta: „
„porro ut id comprobaret Episcopus, Catechismum
„lingua germanica scriptum protulit, ac latine
„interpretatus, opinionem ipsorum perfecit,
„subdiditque, mœstos fore valde ea concessione
„catholicos, ac metuendum, ne, dum speratur,
„paucos aliquot posse lucrifieri, a vera fide
„plurimi deficient, a qua parte stet veritas,
„incerti, ubi catholicos in Protestantium ritus
„concedere conspicient.

Denique concludebat, differendam saltem esse hanc concessionem usque ad comitiorum exitum, ut etiam Germaniæ Præsules vel ipsimet ad Synodum venire, vel suos eo decernere possent.

de cetero autem se Granatensis Archi-^{Sæc. XVI.}
episcopi, qui itidem hanc rem esse pro-^{A.C. 1562.}
rogandam censebat, sententiæ accede-
re aiebat.

§. XXX.

*Germanorum nonnulli concessioni Ca-
licis obstrepentes.*

Cum hic Præsul æquitatis studiosissi-^{Pallav. cap. 4}
mus, mentisque integritate vel ma-^{n. 11. & 12.}
xime conspicuus haberetur, sua quo-
que oratione suorum sociorum animos
ad se rapiebat, quamvis is ex sua na-
tione unicus fuerit, qui ejusmodi
sententiam foverat, aut saltem palam
proferre ausus fuerat; quippe Joannes
Colosvarinus, Ordinis Prædicatorum,
Episcopus Canadensis, alterque Pro-
curator Hungarici cleri, cum mentem
suam in familiaribus colloquiis Præ-
sulibus aperiret, ancipitem præse-
ferebat animum dubius, an petitioni
deferre conveniret: nec minus Hercu-
les Rettingerus Episcopus Lavantinus
statim, ac ea de re agi cœptum, abiit
e Concilio, Germaniamque repetiit:
quod ab eo effectum credebatur, ne re-
digeretur in angustias, aut animos suo-
rum civium, aut suam animam læde-
ret: Insuper Procuratores complurium
germanicorum Antistitum, qui superve-
nerant, publice sententiam non fere-
bant: